

Dominica prima post epiphania
nie sermo primus.



Um factus esset ihesus
annorum duodecim.
Ascendit illis ihero-
solimam secundum consuetudi-
nem in die festo. Luc. ij. Secundum be-
atum Augustinum non solum verbi
verba sunt nobis documenta: sed
etiam verbi facta sunt nobis exem-
pla. Et ideo sic se habet que hic di-
ctae vel factae sunt a verbo eterno. Sed
ista verba non solum nobis sunt in-
documentum instructionis: sed etiam
in exemplum imitationis. In presen-
ti euangelio instruit mater matres
qualiter se debeant habere ad filios.
Instruit filios filios qualiter se
debeant habere ad parentes. Instruit
mater a filio omnes alios
qualiter se debeant habere ad seipsos.
Instruit matres quod ad filios
habeant discretum amorem: timorem: et
correctionem. Tunc amor matris est di-
sceret ad filium quam cum a pueritia im-
buunt disciplinis salutariibus: sicut
virgo mater filium imbuebat quia
puerum ad dei festa ducebat. Prece-
pit enim fuerat filiis israel. Exo. x.
xv. quod ter in anno: scilicet in aprilis: in iu-
nio: et septembris tria festa celebra-
rent. scilicet pascha: pentecoste: et terno-
pheygia: et in iherusalem ad templum
domini oblationes delaturi venirent.
Et quis longe positi a duabus festi-
uitatibus per minoribus causis pote-
rant remanere. tunc a festo pasche

nullus se poterat excusare nisi casus
inevitabilis interueniret. Et quia
ista erat paschalis solemnitas: iam
ioseph et maria iherosolimam ascen-
derunt a puerum secum ad templum dei
duxerunt. Sed sunt multe mulieres que
filios suos vel filias ducunt ad
choreas civitatis que ad ecclesiam. Volunt
enim eas ducere ad choreas dei que fi-
unt in ecclesiis. Preueniunt
principes civitatis psallentibus in me-
dio ianuam ad choreas mundi ubi pu-
ella saltavit a iohanne baptista
decollari fecit. Tandem ducuntur ad
choreas inferni ubi de calore in frigi-
dum: et de frigore in calorem perpetue
saltabunt. Job. xxv. Ad calorem
nimium transeunt ab aquis vivis. Et
in huiusmodi preueniunt choreis ce-
li que dicitur. Qui paschis in filia
septem choreis virginum. Secundo o-
mat de filio dicit habere magnam
timorem: ne scilicet in potestate dyaboli
veniat. Beata igitur virgo sicut dicit
glossa timuit ne sicut herodes fili-
um suum infantem occideret: et voluit
sic factum iam puerum alij occideret.
Timebat igitur et dolebat ne forte
in potestate archelai filij herodis
deveniret. Sed multe sunt ma-
tres que sciunt filios suos ab herode
id est a demone iam occisos a
parum dolere videntur. Doleat ma-
ter filij si lupus asportat porcum
suum: et non dolet si lupus infernal au-
fert filium suum. Doleat si cadat as-
nus: et non dolet si cadit filius.